



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De duobus iuuenibus, qui diabolum in specie mulieris videntes, infirmati
sunt cap. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

inter manus illos deportauerunt. Tunc diabolus dixit Abbatii: Quò iturus es modò? Respondente Abbatie, Eberbachum. Subiunxit ille: Ego etiam in Sueuerbacho fui, & satis ibi trufaui, ironice nomini alludens. Erat enim post illa tempora, quo Conuersi se ordini opposuerant. Tam horrendus & tam venenatus est dæmonum aspectus, vt non solum sanos infirmet, sed nonnunquā etiā interficiat.

CAPVT XXX.

*Diabolū
interdū
etiā in-
terficere
homines.*

Duo iuuenes seculares nondum milites, ex quibus vnum erat dapifer Abbatis Prumiæ, qui mihi hæc, quæ dicturus sum, retulit: in quadam vigilia sancti Ioannis Baptista, post solis occasum circa riuum, qui monasterium præterfluit, in dextrarijs suis spatiabantur. Vidētes ex altera parte riuli quasi speciem mulieris in veste linea, putantes quia maleficia exerceret, vt quibusdam mos est in nocte illa, vt caperent eam, aquam transferunt. Quæ cùm veste leuata fugere videretur, illi in equis velocissimis insequentes, cùm fugientem, quam quasi umbrā ante se videvant, comprehendere non valerent, deficienribus equis vnum dixit: Quid agimus? Diabolus est enim, & signantes se, monstrum ultra non videbat. Ab illa hora tā homines quām iumenta multo tempore languerunt, vix mortem evadens. APOLLONIUS: Non ista miror pe diabolo, cùm legam basiliscū solo visu homines & aves & iumenta interficere.

Psal. 90.

CÆSARIVS: Hoc ipsum agit diabolus in Psal. per basiliscū designatus, sicut tibi subiectis ostendā exēplis.

CAPVT XXXI.

IN Kunincskirchin, sicut sacerdos ciuile villa retulit Lamberto monacho nostro, matrona quædā honesta, dum nocte quadam cum alia quadam femina, nescio vnde veniens, per villam eandem transiret, diabolus cuiusdam serui admodū iocosi formam assumens, manum eius tenuit, & modicum strinxit. Cui cùm diceret, dimitte me, mox illum non vidit: quæ statim male habere cœpit, feminæ sequenti die dicens; Seruus ille compressit me, & ecce ex hoc de-

fectio